Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuskripte

Urkundenabschriften von Laßbergs und von fremder Hand

Laßberg, Joseph von

Eppishausen (Erlen, Thurgau), 1826-1846 [ca., meist]

K 2913,14,4

urn:nbn:de:bsz:31-371325

Visual Library

1297.

cartul. Tonrein.

Ruodolfus de Schowense de Sto Jodoco redux disponit de bonis in Holzhüsern.

In nomine domini Amen. Ne gesta pro tempore decursu temporis rapiantur expedit ad futurorum memoriam || ea litteris allegari. Noverint igitur quos nosse fuerit oportunum quod Rûdolfus de Schôwense miles || sue saluti prospiciens, fundum sive allodium suum in loco qui dicitur Holz Hûsern, intra limites ecclesie || seu parochie de Esshibach situm cum omnibus suis pertinentiis, causa donationis inter vivos. Do- || mui sci Johis in Tonrein contulit tradidit assignavit, ad cavendum de euictione et ad || prestandam warandiam. se suosque heredes et successores firmiter astringendo. Vice versa frater || Hartmannus de Winzenheim comendator domus ipsius de communi voluntate et assensu con || ventus ejusdem domus libero et expresso fundum nominatum eidem Militi concessit sub annuo censu || trium solidorum monete usualis in festo beati Andree Apostoli perfoluende prefate domui sibi || suisque heredibus in futurum iure hereditario possidendum. In evidentiam autem et robur omnium || premissorum, presens instrumentum duplicatum, sigillis domus seu conventus in Tonrein et Ruodolfi mili- || tis predictorum patenter extitit communitum. Acta sunt hec presentibus subscriptis testibus et ad hoc || rogatis. Arnoldus uf der Mure. Rudolfo filio suo. Ruodolfo de Malters. Heinrico fratre suo || Johane ob der Rûse. Volr. de Obernôwe et aliis fide dignis. Datum Anno domini Millesimo || CC° LXXXX. VII kl. febr. Indict tertia.

l: eviction

Sigilla absunt

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg